



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioannis Bugenhagenii Pomerani Annotationes ab ipso iam  
emissæ. In Deuteronomium**

**Bugenhagen, Johannes**

**Basileae**

**VD16 B 9247**

Capvt XII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36133**

censi quasi Saul gladio spiritus nos redimant, id quod hodie facit &c. **Fueruntq;**

Nota hic, q; etiã ante regni separationẽ, separatis nominibus dicti sint alij filij Iuda, alij filij Israel.

**Non occidetur.**

Vindictam prohibet, ut à clementia regnum aufpiciatur, & ne Saul propter se permetteret fieri cædem, qui alioqui iniuriam alijs illatam ut iudex debebat ulcisci.

**CAPVT XII.**



Qvia populus sæpe admonitus uerbis dei, q; peccarit petendo regem, non uult agnoscere peccatum, acri oratione ex operibus dei longius quidem sed paucis uerbis repetita, in qua ostenditur hæctenus deũ regem fuisse & suscitasse bonos principes in hunc usq; diem, castigat populi peccatum, ut agnoscant quid fecerint. Et præterea manifesto dei miraculo dura corda uincit, & fateri cogit peccatum, quod hæctenus sua sapientia iudicaret rem & utilem & necessariam & sanctam. In qua oratione ut multa scitu dignissima uidemus, ita non est nobis negligendum quid prophetam urgeat, qui se suosq; cõtemnit filios ad quos pertinebat principatus, & de solo pctõ populi sollicitus est. Charitas hic regnat in sancto pastore ubi seure uidetur, quẽ admodũ Ste-

phani deprecatio prodit quid illa mordacia uerba uoluerint, Nō sua querit, sed quæ populi sunt, atq; adeo quæ dei sunt. Sciebat non posse ignosci peccato nisi agnito. Itaq; scire oportet, q̄ deo non tam displicet q̄ peccatores sumus quā q̄ nos peccatores non agnosci-  
mus, illud glorificat deum, hoc contemnit, & Christus uenit peccatores saluos facere, non iustos, id est illos qui peccata sua propter operū iustitiam nō agnoscūt.

Primum impie fecisse declarat populum, q̄ sub iusto & optime sibi conscio Samuele regem petierint. Vnde sunt illa dei uerba supra, Non te sed me abiecerūt. quemadmodū & Christus urget Iudæos contemptores, dicēs, Quis ex uobis arguet me de peccato? In quibus uerbis & boni iudicis siue principis exemplum descriptum est secundū legem domini Deut. 16.

Christum] uocat unctum regem, qui a stabat unctus iussu dei &c.

### Nunc ergo.

Deinde declarat deum hactenus regnasse in populo & populum sub deo habitasse cōfidenter, quæ gratia in prophetis etiā promittitur oībus in Christum credentibus, ut habitēt cōfidenter sed in spiritu. i. securis sunt corā deo cōscientijs, pace dei in corde per spiritū regnāte, Hierē. 23. Esa. 32. Populū autem nūc abieciſſe electione regis deū, maxime oppugnāte Naas, qua de re dictū ea. superiore, quis hoc nō indicaret impietatē

*Strucl habitabu  
ro. fid. v*

modo per cecitatem ista uidere licet?

Tradidit. sic & in spiritu agitur, dum deum ex operibus agnitum contemnunt homines, & traduntur à deo in reprobam mentem, in desideria cordium suorum &c. Rom. 1.

Postea autem. Dum ex historia & operibus dei indicat peccatum, insinuat etiam clanculum poenitentiae exemplum, ut isti faciant atq; illi &c.

Si timueritis.

*in filius prii*  
*in quib. no*  
*est fals*  
Non est uobis confidendum in rege. Si credideritis deo deus primū seruabit uos ne tradamini dys alienis in corde, & deinde ne hostibus corporis &c. Idem dicitur in psal. Israël si me &c. quae est praedicatio directe contra liberum arbitrium &c.

*da alij dicit*  
*opa uos y 2*  
*regulā dicitur*  
*ill. x. uel opa dei*  
*7 opa*  
*7 diff. ill.*  
*7 o ad siml. 7*  
*off*  
In his omnibus uides utilitatem historiae sacrae. Videre eos uult in opera dei qui uerba nō audire poterunt, ut uel sic ad fidem prouocarentur. Vnde & in psalmis saepe accusantur impij, q; in sua cōsilia & opera respiciūt nō in opera domini, psal. 27. & psal. 91. Deum tuum. ] nostrum, non audent dicere. Nolite timere. ] Hactenus legis erat praedicatio, Hic iam agnito peccato Euangelium sequitur, & iā uictor Samuel nō cessat orare & docere, quae sunt sacerdotis officia. Propter. ] Nō propter merita aut demerita nostra benefacit nobis deus, sed ppter duo quae ubiq; inculcat scriptura, quae sunt misericordia & ueritas.

*Ro. 15 ad o rhris*  
*in m. m. colob p uerum*  
*7 garob p na glorifm*  
*da*